Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26261
Copyright: Admont, Benediktinerstift

conuenerant omnes qui susceperunt uerbum dei. et commendo illos domino
ihesu xpo. ut omnes hos in doctrina sua immaculatos custodire dignetur. Ego iam resoluor a corpore. et uado ad promissionem illam quam
promittere dignatur ipse regnator celorum et rex. qui est filius omnipotentis dei.
cum spiritu sancto uiuens et dominans per manens in secula seculorum. Hec audientes fratres
flebant ualde. et cedebant palmis faciem suam cum gemitu magno.
Denique et uenientibus cunctis. ait rursum. Scitote dilectissimi me discessurum a uobis. sed credo in dominum cui uerbum predico quia custodiet uos
a malo. ut non diuellatur ab inimico hec messis quam in uobis seminauit
idem cognitio et doctrina ihesu xpi. dominum mei. Vos autem orate uigilanter.
et state fortes in fide. ut euulsa habeamus scandala. tanquam triticum
mundum in horreo uos celesti congregare dignetur. et sic precibus quique
docebat eos. et confortabat in preceptis dei. Post hec autem expansis
manibus orauit ad dominum dicens. Custodi queso domine gregem hunc.
quia iam tua cognouit salutem. ut non prualeat ille malignus. sed quem te
iubente me dispensante suscepit. inuiolata custodire merearur in secula seculorum. Et hec dicens. omnes qui aderant responderunt Amen.
Et accipiens panem gratias agens fregit et dedit omnibus dicens. Accipite gratiam quam uobis tradidit . . . per me famulum suum. xpe
dnis dei nri. Et osculans singulos atque uniuersos commendans domino. thesa
Moniceam perfectus est. ibique biduo doctus discessit abeis. XXI.
Multi autem ex macedonia. fideles profecti sunt cum eo. quorum fuerunt due
naues. Querebant autem omnes ut illam naui in qua apostolus uehebatur
conscendent desiderantes eum audire loquentem. scilicet ut nec in mari
et de eius uerbum dei. Quibus ait apostolus. Nouit desiderium uestrum di
lectissimi sed nauis hec parauula est. Ergo pueri cum impedimentis